



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXXVIII. De Christianis, qui Iudaeorum azyma comedunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI ... cere phylacteria, quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos autem qui his vtuntur, ab Ecclesia pelli præcipimus. Concilio cap. 68.

XXXVII.

Quod non oporteat a Iudæis vel hæreticis quæ mittuntur munera festiua suscipere, nec cum eis festa celebrare.

XXXVIII.

Quod non oporteat azyma a Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

XXXIX.

Quod non oporteat cum gentilibus festa celebrare, & communicare prauitatibus eorum qui sine Deo sunt.

XLI.

Quod non oporteat Episcopos ad Synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire, & docere vel discere ea quæ ad correctionem Ecclesiæ vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum vero, qui contempserit, accusauit: nisi forte per ægritudinem ire non possit. Dist. 18. Non oportet vocatos.

XLI.

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine literis proficisci Canonicis. De conf. dist. 5. Non oportet min.

XLII.

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum præter iussionem sui proficisci Pontificis.

XLIII.

Quod non oporteat subdiaconos, saltem paululum, ianuas deserere, & orationi vacare.

XLIV.

Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare, Concil. Tom. 2.

○